



Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Ambitio quandoque in mortale, quandoq[ue] in veniale peccatum
imputatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

bitatur. Octaua est, nolle, aut negligere aduocare in causa iusta pauperis: quum ipse aduocatus possit, nec appareat alius qui aduocet, & sine eius adiutorio, pauper opprimenti creditur. In huiusmodi enim casu tenetur ipse aduocare seu procurare, sicut medicus mendicare, si in simili periculo eslet pauperis sanitas.

Alchimia quando sit vitiosa, et quando non.

Alchimistarum ars, non est illicita sine fraude, quia nihil repugnans rectæ rationi habet secundum se, Licet multi abutantur ea, aut imprudenter nouis compositionibus se occupent, aut fatuè facultates in fumum conuertant, Nec peccatum est, vendere rei per Alchimiam factam pro re quæ est: sicut cæteras res quounque artificio factas, licitum est vendere pro his quæ in veritate sunt. Iniquum autem esset vendere illam pro re quæ appetit, & non est, quonia[m] hoc est decipere proximum.

Ambitio quandoque in mortale, quandoque in veniale peccatum imputatur.

Ambitio, hoc est inordinatus appetitus honoris, est manifestè peccatum. Non est autem mortale peccatum, nisi vel ex parte rei in qua appetitur honor: puta si quis vult honorari ob crimen aliquod. Vel ex parte finis: ut si constituantur in honore ultimus finis, puta si ob consequendum honorem non curat quis offendere Deum mortaliter, pura quia vult haberi ut Deus, vel preferti aliis quibus non est praefendus in distributione communium dignitatum: vel vult ob honorem quod quodcunque aliud mortale: vel econtra honor desideratur ad scelus aliquod perpetrandum, puta ad tyrannidem.

Apostasia tripliciter consideratur: et an semper